

Kem 3484 (1-6)

541

5

DISSERTATIO IN AVGVRALIS
BOTANICO-MEDICA.
DE
ACHILLEIS
CVM SUPPLEMENTO GENERIS
TANACETI.

QVAM
CONSENSV
GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
ALMAE FRIDERICIANÆ

PRAESIDE
VIRO MAGNIFICO AC ILLVSTRI
D. PHILIPP. FRIDER. MECKEL

H. T. PRORECTORĒ
MEDIC. ET ANATOM. PROFESSORE P. O.
INSTITVTI CLINICI CHIRVRGICI DIRECTORE
ET CIRCVL. SALIC. ET MANSFELD.
PHYSICO,

PRO
SVMMIS IN MEDICINA HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS
RITE CAPESSENDIS

FALAM DEFENDET
H. L. Q. S.

D. XXVI. FEBR. MDCCCLXXXIX.

A V C T O R
CAROLVS LUDOVICVS WILLDENOW

B E R O L I N A S.
SOCIET. NAT. CVRIO. HALENS. SODAL.

HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS HENDELIANIS,

211 F R V O V A M I C I T A T E R E 2 2 0 0

212 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

213 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

214 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

215 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

216 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

217 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

218 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

219 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

220 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

221 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

222 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

223 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

224 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

225 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

226 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

227 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

228 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

229 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

230 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

231 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

232 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

233 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

234 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

235 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

236 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

237 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

238 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

239 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

240 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

241 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

242 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

243 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

244 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

245 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T

246 R E S T U R A N T E R O D E R H A U P T



ILLVSTRISSIMO
AC
EXCELLENTISSIMO
VIRO
CAROLO PETRO
THVNBERG

ORD. REG. VASAE EQVIT., MED. DOCT.,
MED. ET BOTAN. PROFESS. REG. ORD. VPSAL.,
PLVRIMARVMQVE ACADEMIARVM
ATQVE SOCIETATVM
MEMBRO

HVNC ACHILLEARVM TRACTATVM

OMNI QVA PAR EST ANIMI OBSERVANTIA

D. D. D.

A V C T O R .



P R A E F A M E N.

Quanta vegetabilium copia post
obitum *Magni* a LINNE reperta sit,
quam colligendarum specierum Bo-
tanici haud parum negligentes fue-
rint, ostendit et genus *Achilleae*,
Quod dimidiam fere partem adau-
tum

ctum est; et forsan adhuc multae novae species, inquisitis reliquis telluris plagis, invenientur. Tertia sane nondum vegetabilium quotannis in tellure provenientium pars hactenus innotuit; restant adhuc multa et restabunt in aeternum usque.

Achillea pertinet ad genera quae prae aliis scrutinio attentiori subiecta sunt. *Celeb.* dixit RETZIUS in Fasciculo Observationum suarum botanicarum secundo, pag. 25: *Tota Achillearum gens descriptione eget graphicā, observatis simul, quid mutare*

tare valeat cultura. Arduum equidem huncce laborem, species huius colligendi generis, omnesque indicandi quarum mentionem faciunt Auctores, suscepi; ipse totum fere possideo genus, exceptis paucis, quas nondum vidisse ipse fateor; neque tamen indicavi culturae mutationes, quum occasio mihi haud esset recentes species examinandi, nec in horto plantandi, indeque observationes instituendi acuratiores; haec aliis, quibus occasio suppetit relinquere cogor.

Cultura plantarum nos saepe docuit constantiam vel inconstantiam speciei,

speciei, et quaeſo quas clima effecit
in vegetabilibus mutationes? Plae-
raeque Achilleae species alpium inco-
lae ſummarum ſunt, et alpes ſemper
nubibus obvolutae, geluque atroci,
perennique glacie ac nive vexatae,
plantas gignunt pufillas, quae in hor-
tos introductae faciem mutant inte-
gram. Hac de re nil magis in votis
meis eſt, quam ut Botanici helvetici,
vel ad radices montium cacumine al-
bo coronatorum habitantes, in vege-
tabilium alpinorum culturam experi-
menta instituerent, quae certo multos
largirentur fructus.

Nun-



Nunquam ego nisi quum Aucto-
res iam distinxissent stirpes Achillea-
rum eas separavi; nullo loco novas
constitui species, iubente nisi natura.
Nonnullae, fateor, species mihi haud
satis distinctae videntur, quum tamen
a multis separatae fuerint Auctori-
bus, tanquam species diversas indica-
vi. Achillea alpina et cristata *Celeb.*
RETZII mihi vix nisi loco natali mu-
tatae apparent. In his culturam quid
certi statuere posse, extra omnem du-
bitationis aleam est positum.

Attentus semper fui ne indicarem
speciem sub Achilleis ad aliud spe-

ctan-



X

stantem genus. Perquam lubenter
Achilleam fasciculatam BVRMANNI
(vid. prod. fl. capens. pag. 27.) indi-
cassem, si ullo mihi persuadere potuiss-
sem modo ad Achilleas ea, an potius
ad Athanasias pertineret? Descriptio
illius tam brevis atque incerta est, ut
de genere nil certi definire possim.
Quod adhuc observandum restat nul-
lam, quoad descriptionem, cum aliis
ei esse similitudinem. Ex his omni-
bus melius fore coniicio, plantam
hanc inter dubia ponere vegetabilia,
quam ad Achilleas dissuadente ratio-
ne trahere.

Patriam



Patriam sollicite notavi, viresque
 in arte medica notas adposui. Sed
 noli b. l. credere me experientia du-
 ce ea indicasse, sunt potius ea quae
 Auctores medici de iis dixere, eo-
 rumque gratia, qui lubenter horum
 conspectum desiderant adiunxi.

Synonima omnia mihi nota indi-
 cavi, interdumque meo iudicio mu-
 tavi, dicanti alii me rectam semper
 elegisse viam, nec ne.

Si naevis, quibus nemo caret
 mortalium, has paucas vides scatere

pagel-



pagellas, velim reminisceris me pri-
mum esse, qui hoc conetur in ordi-
nem redigere genus.

Quae porro imposterum de Achil-
learum mihi innotescerent genere,
alio, si fata velint, loco cum Botani-
cis communicabo. Vale LECTOR
BENEVOLE mihique fave.



§. I.

T H E S E S.

I.

Generationi aequivocae nullibi locus in rerum natura.

II.

Fungi ad regnum vegetabile pertinent.

III.

Epigenesis est unica probabilis theoria generationis.

IV.

Elementa physica ex toto nondum innotuerunt.

V.

Vermes intestinales connati sunt.

VI.

Terrae absorbentes plane, excepta Mágnesia, recipiendae sunt.

2 3 3 H T

Quodlibet de quatuor modis vocis in diversis

modis

Modus I. Invenit modum vocis in diversis

modis et diversis modis vocis in diversis

modis

Modus II. Invenit modum vocis in diversis

modis et diversis modis vocis in diversis

modis et diversis modis vocis in diversis

modis



§. 1.

C. PLINIVS SECUNDVS omnium primus mentionem Achilleae herbae fecit; nec in ARISTOTELIS aliorumque antiquissimi aevi auctorum libris nominata, quantum scio, invenitur. Herba *αχιλλεώς* PLINII in vulneribus laudatur, et hisce viribus nomen tantum debet suum. Dicitur ACHILLES vulneri TELEPHO regi MYSIAE, (filio HERCULIS et AVGES) a se inflicto medicatus esse. TELEPHVS in praelio ab ACHILLE vulneratus ab oraculo pettit, qua ratione vulnus possit sanari. Respondit oraculum: *Lan- cea, qua sauciatus es, sanabere.* Postea ACHILLES CHIRONIS discipulus planta hac, ut alii dicunt, aerugine, vel emplastro e binis, ut alii volunt, facto, vulnus sanasse perhibetur, inde planta nomen *αχιλλεώς* traxit.

§. 2.

Quaeritur tamen, an haec planta Achilleos dicta, Achillea recentiorum sit? Quod ad me spe-

A

ctat

Etat, persuasum habeo, antiquissimis temporibus plantis vi vulnera sanandi praeditis, hoc commune fuisse nomen. Quod vero PLINII planta ad genus pertineat nostrum, in aprico esse, ex sequentibus conjicio. Ipse PLINIUS inquit *Hist. natur.* XXV. 19. ed. bipont. vol. 4. p. 220. „Ali-
„qui et hanc panacem heracleon, alii sideritin,
„et apud nos millefoliam vocant, cubitali scapo,
„ramosam, minutioribus quam foeniculi foliis
„vestitam ab imo; „ haec Plinius. Quis adhuc dubitet hancce plantam non esse Achilleam Millefolium recentiorum? Asseverat et Plinius, varias nomine Achilleos insignitas venire plantas. Nunquam vero nostra aetate quispiam cum certitudine plantam ab Achille in usum vocatam indicare poterit; inter plantas tamen a Plinio sub hoc titulo notatas, ut supra ostendi, invenitur unica ad nostrum spectans genus.

§. 3.

Temporibus sub sequentibus penitus fere nomen hujus plantae oblivioni traditum fuit, nec ullus praeter VAILLANTIVM, qui anno 1720 primus omnium restituit nomen Achilleae, hujus fecit mentionem.

§. 4.

TOVRNEFORTIVS magnus hoc genus, cui nomen nunc est Achillea, in bina diviserat.

Alterum



Alterum foliis tenuioribus, *millefolium*: alterum foliis minus divisis, *Ptarmicam* nominavit. Quum vero haud firma ac stabilis formae foliorum ratio ad genera distingueda nunc non amplius permittat, ob solam foliorum diversitatem genera distinguere, bina haec genera sub titulo *Achillea* comprehenduntur.

§. 5.

Liceat hic prius locum indicare, quem *Achillea* in variis botanicis systematibus sibi vendicarit. Pauca allegare systemata et praestantiora sufficiet.

C A E S A L P I N V S Herbae pluribus staminibus, flore communi.

M O R I S O N I V S Plantae herbaceae lactescentes, seu Papposae.

H E R M A N N V S Herbae gymnospermae monospermae compositae.

B O E R H A A V I V S Gymnospermae radiatae.

R A I V S Herbae discoideae.

R I V I N V S Compositi ex flosculis regularibus et irregularibus.

T O V R N E F O R T I V S Compositi radiati.

P O N T E D E R A Gemmis carentes radiati capitulis.

M A G N O L I V S Herbae calyce externo includente florem compositum.



LINNAEVS Syngenesia Polygamia superflua.

HALLERVS Plantae flore composito radiato seminibus pappo nudis.

GLEDITSCHIUS Petalostemones Symphy-antherae.

ALLIONIVS Plante flore monopetalico composito, radiatae, semine non papposo.

THVNBERGIVS Syngenesia Superflua.

VILLARSIVS Peniandria Syngenesia.

ORDO NATVRALIS Flores compositi corymbiferi.

EGO sequar ILLVST. THVNBERGIVM,
ergo: Syngenesia superflua.

§. 6.

Genera plantarum ad classem Syngenesiam spectantia multis obnoxia sunt difficultatibus. Imo illis conformitas aliqua est, ut fere omnibus ad genera stabilienda regulis excedant. Quid ego optimum divisionis generum fundamentum censem, sequentes docent regulae. 1) Ad receptaculum respiciendum est, an sit nudum, punctis excavatum, pilosum, paleaceum etc. 2) Ad calycis formam, an folia sint aequalia, imbricata, distantia, dupli ordine disposita etc. Figura calycis minus arridet: sic Serratulam a Carduo LINNAEVS, calyce

calyce cylindrico, *Sonchum a Lactuca* calyce conico distinxit. Nos vero docuit natura saepissime in hoc falli: dantur enim genera, quae, quoad calycis figuram, sensim in alia degenerant. Tertia et ultima regula juberet ut ad semina, an sint nuda, aristata, pappo membranaceo, piloso, plumoso, respiciamus. Radix sterilitas ac fertilitas, praesentia et absentia valde incertae videntur. Secundum hasce regulas sequentem *Achillea* præber characterem naturalem ac essentialiem.

§. 7.

CHARACTER NATVRALIS.

CALYX *communis* ovatus imbricatus: squamis ovatis acutis conniventibus.

COROLLA *composita* radiata. *Corollae disci* hermaphroditae tubulosae, infundibuliformes, quinquefidae, patulae; *radii* femineae ligulatae, 5 ad 10, obcordatae, patentes, trifidae, lacinii lateralibus maioribus.

STAMINA *Filamenta* quinque capillaria brevissima. *Antherae* in cylindrum coalitæ.

PISTILVM in flore hermaphrodito: *Germen* parvum, *Stylus* filiformis staminum longitudine. *Stigma* obtusum emarginatum: in flore femineo differt idem, *Stigmati* disecto viso; lacinias reflexis.

PERICARPIVM nullum: SEMINA solitaria ovata, flocco instructa. *Pappus* nullus. RECEPТАCVLVM paleaceum elevatum: Paleis lanceolatis longitudine flosculorum.

§. 8.

CHARACTER ESSENTIALIS.

RECEPТАCVLUM paleaceum. CALYX ovatus imbricatus. FLORES radii 5-10. *Pappus* nullus.

Affinitas *Achilleam* inter et *Tanacetum* summa mihi videtur, atque ab hoc, tantum quoad receptaculum radiumque differt, qua propter nonnullae *Ptarmicae* species TOVRNEFORTII, et *Achilleam bipinnatam LINNAEI* ad hoc genus relegavi, de quibus postea plura. Nunc de speciebus hactenus cognitis dicenda dicam.

§. 9.

DIVISIO SPECIERVM.

Illustris a LINNE colore florum radii ad species distinguendas utitur, sed quam inconstans color sit, quamque minus botanicis acceptus, notissimum est. Elegi hac de re foliorum figuram, quum, ut mihi videtur, magis ordinem ac seriem specierum

rum indicet, et botanicis facilius conspectum totius generis praebeat. Prius folia integra, deinde laciniata et pinnatifida, quae saepissime in semet transeunt, postea pinnata, denique bipinnata sumsi. Evidem fateor interdum formam variare foliorum, colori tamen praferendam esse autumavi.

§. 10.

SPECIES ACHILLEAE.

* *Foliis integris.*

I) *Achillea Ageratum* foliis integris oblongis obtusis serratis fasciculatis.

Achillea Ageratum foliis lanceolatis obtusis acute serratis Lin. syst. ed. R. 3. p. 866. Hort. cliff. 413. Hort. upsal. 265. Mat. med. n. 538. Roy. lugd. b. 176. Murr. app. med. I. p. 170. Mill. dict. n. 8. icon. tab. 10. Gouan. monsp. 452. Ludw. ectyp. tab. 27. Blackwell tab. 300. Kniph. cent. 6. n. 1. Villars delph. vol. I. p. 383. Gerard. galloprov. 191. n. 1. Allion. ped. vol. I. n. 655. Synop. stirp. Aragon. 124. Zorn icon. offic. tab. 431.

Achillea viscosa Lamarck Fl. Franc. tom. 2. p. 156.

Achillea foliis ellipticis obtusis, serratis, fasciculatis, floribus umbellatis Hall. Goett. p. 389. All. stirp. Nicaeens. 98.

Ptarmica lutea suaveolens Tournef. inst. 497.
Garid. aix. 382. Ludolff. cat. pl. 169.
Ageratum foliis serratis C. Bauh pin. 221.
Ageratum plerisque, herba iulia quibusdam
I. Bauh hist. 3. p. 142.
Ageratum septentrionalium et anglicum Lob.
icon. 489.
Balsamita minor. Dod. pempt. 295. Moris. hist.
3. p. 38. f. 6. tab. II. fig. 2. 3.
Eupatorium Mesues. f. Ageratum Offic.
Leberbalsam Lin. Pfl. syst. tom. 9. p. 517.
 $\beta.$ *Ageratum quae Agerato Mesue cognata, proce-*
rior, corymbis e luteo albicautibus. Boerb.
Hort. cliff. 413.
Habitat in herbidis glareofis humidiusculis Gal-
liae, Hispaniae, Italiae. 2.
Caulis bipedalis, teres striatus glaber ac ramo-
sus. Folia radicalia, longe petiolata, glabra, bi-vel
tripollicaria, oblonga, obtusa, incisa, ad petiolum fere
pinnatifida, acute serrata, ferraturis acuminatis.
Folia caulina fasciculata, (fasciculis plerumque folia 6
ad 7 continentibus) oblonga, obtusa, scabriuscula
pollicaria subfessilia, argute serrata, iuniora basi in-
tegerrima. Cyma terminalis, globosa compressa,
multiflora. Flores radij lutei. Calyx communis
oblongus, magnus; squamis imbricatis, lanceolatis
obtusiusculis viridibus, margine obscuriori. Corol-
lae

iae radii ratione calycis minutae obtuse tridentatae,

7 ad 10.

Variat corollis radii albis secundum *Celeb. Panzerum conf. Lin. Pflanzsyst. tom. 9. pag. 518.*

A. ACHILLEA herbarota: foliis integris cuneiformibus, apice dentatis.

*Achillea herbarota Allion. pedem. vol. I. n. 656.
tab. 9. fig. 3.*

Achillea foliis cuneiformibus, integris, odoratis
in apice dentatis *Allion. spec. pedem. pag. 12.*

*Ptarmica alpina altera, floribus minus compactis
Tournef. inst. 497.*

*Agerato Mesues cognata altera floribus minus
compactis Hort. R. Par.*

Herba rota Offic.

Habitat in alpibus Italicis 2.

Radix perennis, crassitie pennae anserinae: vi-
detur repens esse, fibris raris obsita. Caulis fere
pedalis, teres, striatus. Folia alterna cuneiformia,
sessilia, acuta, integerrima, apice tantum dentata,
dentibus circiter quinque ad septem obtusis. Flo-
res terminales umbellati, albi. Umbella pauciflo-
ra; pedunculis unifloris. Calyx hemisphaericus;
squamis oblongis acutis arte imbricatis. Corollae
radii sex ad septem obsolete tridentatae.

N. Convenit habitu cum *Achillea Clavennae*,
facile vero foliis cuneiformibus, apice tantum
dentatis, et floribus umbellatis, pedunculis
unifloris, distinguenda.

3. *ACHILLEA Ptarmica*: foliis integris linear-
lanceolatis amplexicaulibus serrulatis.

Achillea Ptarmica foliis lanceolatis acuminatis
argute serratis Lin. syst. ed R. 3. p. 869.
Mat. med. n. 539. Murr. app. med. I. p.
169. Mill. dict. n. 10. Nec. gallob. p. 361.
Gerard. galloprov. 192. Fl. dan. 643. Lud.
ectyp. t. 118. Burm. prod. fl. cap. 27. Iacq.
eum. vindb. 157. Leysser halenf. 875. Mat-
tusk. siles. n. 638. Doerr. nass. p. 31. Leers
berborn. 669. Pollich. pal. 819. Gunn. norw.
401. Koelp. grypb. 463. Retz. prod. scand.
941. Scholler. barb. 704. Murr. prod. 72.
Reichard fl. moenofrancf. 622. Allion. pedem.
vol. I. n. 657. Relhan. cantabrig. 631. Light-
foot scot. I. p. 495. Zorn icon. offic. tab. 342.
Villars delph. v. I. p. 383. Happe offic. tab.
54. Fl. Berol. Prod. 842. Roth germ. I.
p. 368.

Achillea foliis integris minutissime serratis Hort.
cliff. 412. Hort. upf. 265. Fl. suec. 706; 771.
Roy. Lugdb. 176. Dalibard. paris. 264. Gmel.
sub.

tbl. 2. p. 196. Boehm. Lips. n. 241. Hudf. angl.

375.

Achillea foliis linearibus lanceolatis, acutissime
serratis. *Hall. helv.* n. 117.

Dracunculus pratensis serrato folio *Baub. pin.*

98. *Ray. synop.* 183. *Moris. bist.* f. 6. *Tab. 12.*

f. 1. *Petiv. tab. 19.* f. 3. *Blackw. tab. 276.*

Ptarmica vulgaris *Cluf. bist.* 2. p. 12.

Deutscher Bertram *Lin. Pflyst.* Tom. 9. p. 524.

Ptarmica Offic.

3. *Ptarmica vulgaris* flore pleno *Cluf. bist.* 2. p. 12.

Kniph. cent. 5. n. 2.

Habitat in pratis nemoribusque humentibus,
cis gradum 60 latitudinis borealis per totam fere
Europam inque *Sibiria*, insula *Beringii* et
America septentrionali; etiam ad *Caput bonae*
spei. 4.

Caulis bi vel sesquipedalis, obsolete angula-
tus, striatus, glaber, ramosus. Folia alterna sessi-
lia, amplexicaulia, avenia, glabra, linear-lanceo-
lata, acuta, serrata; serraturis falcatis acutis re-
trorsum scabris. Flores corymbosi albi. Corym-
bus ramosus foliosus inaequalis pauciflorus. Ca-
lyx magnus hemisphaericus: squamis subrotun-
do-oblongis obtusiusculis, superioribus membrana-
ceis, inferioribus viridibus, nervo elevato, omni-
bus

bus margine fulcescentibus. Corollae radii cír-
citer decem, margine obtuso tridentato.

4) *ACHILLEA alpina* foliis integris lanceolatis
brevissime petiolatis serratis; serraturis ser-
rulatis.

Achillea alpina foliis lanceolatis dentato - serra-
tis: denticulis tenuissime serratis Lin. Syst.
ed. R. 3. p. 869. Hort. cliff. 413. Roylugdb.
176. Mill dict. n. 14.

Alpen Garben Lin. Pf. Syst. 9. p. 525.

Habitat in *Helvetiae* alpibus? 24.

Caulis pedalis et ultra, ramosissimus subteres
glaber striatus. Folia alterna, glabra, avenia,
brevissime petiolata lanceolata basi angustata serra-
ta; serraturis lanacolatis, acuminatis, acumine al-
bescente, per lentem serraturaे denticulatae sunt.
Flores albi laxe corymbosi. Corymbus divisus
inaequalis subfoliosus. Calyx hemisphaericus fla-
vescens: squamis oblongis obtusis nervo viridi.
Carollae radii octo ad decem tridentatae.

Simillima *Achilleae Ptarmicæ*, diversa vero:
foliis subpetiolatis basi angustatis, serraturis folio-
rum serrulatis, et caule multo ramosiori.

Synonymorum maxima pars a Linneo indi-
cata, ad *Achilleam cristatam* pertinet, quae foli-
is

pinnatifidis ab hac distincta. Nullibi vera inveniatur descripta *Achillea alpina*, et omnes confundunt eam aliis cum speciebus. Sic *Achillea cristata* et *ferrata* saepissime sub nomine huius speciei, veniunt. Nostra species in omnibus descriptioni Linneanae responderet, hanc amicissimo mihi, Dn. Hunnemann debo, qui mecum ex Anglia communicavit. Synonymum *Guanii* a *Reichardo* adductum, ad *Anthemidem* spectat *alpinam*. An Helvetia vera sit patria? me fugit.

* * *Foliis laciniatis vel pinnatifidis.*

5) **A CHILLEA** *Clavennae* foliis obovatis incisis tomentosis.

Achillea Clavennae foliis laciniatis planis obtusis tomentosis *Lin. syst. ed. R. 3. p. 859. Mill. dict. n. 6. Scop. carn. n. 1093 Iacq. austr. tab. 76. Iacq. enum. vindb. 157. n. 9.*

Achillea foliis finuato-laciniatis planis villosis nitidis obtusis. *Hort. cliff. 412. Roy. lugdb. 176.*

Achillea foliis tomentosis longe petiolatis palmatis *Hall. belv. n. 114.*

Absinthium alpinum umbelliforum latifolium *Bauk pin. 139.*

Absinthium alpinum umbelliferum. *Clus. hist. 1. p. 340. pann. 555. t. 553.*

Dracu-



*Dracunculus alpinus argenteus foliis absinthii
latrioribus Moris. bist. 3. p. 40. l. 6. tab. 10.
Absinthium albis floribus capitulis squarrosis
I. Baub 3. p. I. p. 183.
Bittere Garben. Lin. Pflanzsystem 9. pag. 523.
Habitat in alpibus asperis Helveticis Carniolicis,
Austriacis. 2.*

Caulis semipedalis, simplex, adscendens, teres, levissime striatus, tomentosus superne nudus, ad radicem versus uno altero ve folio instructus. Folia, ut iam dixi, fere omnia radicalia, longe petiolata tomentosa, venosa, obovata, vel oblonga obtusa basi angustata, laciniata: laciniis obtusis rarius uno altero ve dente notatis. Flores cymosi albi terminales. Cyma pauciflora subcontracta. Calyx hemisphaericus flavescens: squamis oblongis acutis margine et nervo obscuriori. Corolla radii circiter sex ad octo, oblongae obtusae emarginatae.

6) *ACHILLEA serrata* foliis pinnatifidis linearilanceolatis tomentosis, basi laciniatis.
Achillea serrata foliis linearilanceolatis sessilibus tomentosis, profunde serratis, basi laciniatis Retz observ. bot. fasc. 2. p. 25. n. 83.
Dracunculus alpinus agerati foliis incanis Rup. bist. p. 344.

Ptarmica



*Ptarmica alpina incanis serratis foliis Herm.
lugd. 694.*

Habitat in *Helvetia*. 4. Communicatam ha-
beo ab amico, *D. Uzeti.*

Caulis ramosus pubescens angulatus striatus. Folia alterna approximata tomentosa linearis-lanceolata pinnatifida sessilia, incisuris integerrimis oblongis acutiusculis, versus apicem decrescentibus, basi vero longissimis linearis-lanceolatis, ad costam usque. Flores terminales cymosi. Cymae pauciflorae conglomeratae ex angulis foliorum superiorum, cymam oblongam constituentes. Pedunculi communes, longi, partitae brevissimi. Calyx hemisphaericus fuscescens albido-tomentosus: squamis margine sphacelatis. Corollae radii circiter decem emarginatae albae; disci griseae.

Differit ab *Achillea alpina*: 1) foliis pinnatifidis, to-
mentosis.

2) foliis basi laciniatis.

4) floribus conglome-
ratis.

5) totoque habitu.

7) *ACHILLEA capitata* foliis profunde pinnatifi-
dis tomentosis: pinnis dentatis, floribus um-
bellato-capitatis.

Achillea



Achillea humilis incana coronopifolia, flore canido Vaill. aet. 1720. n. 14.?

Ptarmica humilis, foliis laciniatis, Absinthii aemulis, Tournef. inst. 496?

Habitat in *Pyrenaeis*, inque *Helvetia*. 2.

Caulis semipedalis et ultra erectus teres tomentosus foliosus striatus. Folia petiolata profunde pinnatifida avenia tomentosa; laciniis oblongis obtusisculis bi vel tridentatis; dentibus subrotundis. Basi lacinia sunt lineares longiores absque dentibus. Flores terminales umbellati albi. Umbella circiter sexflora, pedunculis simplicibus brevissimis. Calyx hemisphaericus tomentosus viridi flavescens; squamis - oblongis obtusis, nervo elevato concolori, margine membranaceo sphacelato. Corollae radii septem oblongae obtusae tridentatae.

Saepe confunditur haec species cum *Achillea Clavennae* a qua tamen diversa:

- 1) foliis pinnatifidis dentatis,
- 2) caule folioso,
- 3) floribus umbellato - capitatis.

Ab *Achillea serrata* distinguitur nostra:

- 1) foliis pinnatifidis: laciniis inaequalibus quae in *A. serrata* aequalia.
- 2) laciniis dentatis et
- 3) floribus umbellato - capitatis.

Specimen



Specimen ex Helvetia acceptum, differt: caule parum minori et foliis paulum acutioribus.

8. *ACHILLEA cristata* foliis pectinato-pinnatifidis, argute serratis glabris.

Achillea cristata foliis linearibus serratis, serraturis transversis cristatis, caule ramoso debili Retz observ. bot. fascicul. 2. p. 25. n. 84?

Achillea alpina Allion pedem. vol. I. 2. 668.
Pall. itin. 3. p. 34.

Achillea foliis semipinnatis, pinnulis minutissimis serratis Gmel. sib. 2. p. 196. Hal. helv. n. 116.

Ptarmica alpina millefolii folio Bocco mus. 144.
tab. 101.

Ptarmica alpina foliis profunde incisis Tournef.
inst. 497.

Achillea elatior, foliis pinnatis, pinnulis minutissime serratis Vaill. act. 1720. n. 10.

β. flore rubente.

Habitat in montosis *Helvetiae*, *Sabaudiae*, *Sibiriae*. Varietas β ad flumen *Lenam* in *Sibiria* passim. 24.

Caulis pedalis erectus pubescens obsolete angulatus, striatus. Folia alterna sessilia glabriuscua, vel potius subpubescentia, pinnatifida; lacinias

lineari - lanceolatis, acuminatis latere exteriori ferratis, interiori modo ad dimidiam usque partem, interdum latere interiori integerrimis; ferraturis minimis tenuissimis lanceolatis acuminato - ciliatis. Flores cymosi terminales albi. Cyma ramosa pauciflora. Calyx hemisphaericus obscure virescens pilosus; squamis oblongis, obtusis, margine albido membranaceo sensim in nigrum transiente colorem. Corollae radii sex ad octo oblongae cordatae.

Ab *Achillea alpina* differt:

- 1) foliis sessilibus,
- 2) pinnatifidis et
- 3) toto habitu.

Specimen meum *D. Utteri* benigne mecum communicavit. Caulis est simplex nec ramosus ut *Celebr. Retzius* perhibet, tamen quoad descriptionem suam non diversa videtur esse species. Cum Ptarmina habitu convenit, sed longe diversa foliis pectinato - pinnatifidis. Ceterum sine dubio pulcherrima huius generis species. *Gmelinus* varietatem rubis habet floribus.

9. *ACHILLEA coronopifolia* foliis pinnatifidis dentatis, glabris.

Habitat in *Oriente*. 24.

Caulis sesquipedalis ramosus obsolete angustus sulcatus leviter pubescens. Folia lanceolata,

pin-

pinnatifida, glabra, alterna; incisuris lanceolatis, obtusiusculis, bi vel tridentatis, margine retrorsum scabriusculis. Flores lutei cymosi terminales. Cypha ramosissima subcontracta multiflora. Calyx hemisphaericus flavescens ac pubescens; squamis oblongis obtusis nervo elevato. Corollae radii subrotundae obtuse tridentatae septem ad octo.

10. *ACHILLEA ligustica* foliis pinnatifidis, glabris; incisuris tri vel multifidis.

Achillea ligustica Allion pedem Vol. I. n. 660.

Tab. 53. f. 2.

Achillea foliis pinnatis, pinnis acute pinnatodentatis planis glabris, *Misc. Taur. tom. 5.*
pag. 69.

Habitat in collibus Italiae. 24. Nunquam vidi hanc speciem, sequentem descriptionem ex opere, *Celebr. Allioni* desumpsi.

Caules sunt sublignosi cubitales foliosi, et ramosi striati glabri, aut subhirsuti. Folia caulinata sunt pinnata, pinnulis aequaliter cum nervo confluentibus. Pinnulae sunt lineares acutae, modo simplices, modo unidentatae interdum etiam duabus paribus dentium dentatae. Caeterum semper par unum antecessorum habent ad foliorum originem. Ultima pinnula nunc simplex est, nunc bidentata, aut etiam tridentata. Ramea folia sunt

simpliciter pinnato — dentata, dentibus plerumque simplicibus, qui in caulinis maioribus saepe dentem unum accessorium habent. Folia crassiuscula sunt et succosa. Flores in extremis ramis umbellati albi temnosculi albi tridentati, cordati. *Allion. l. c.*

Haesitavi autem pinnatas inter vel pinnatifidas ponenda sit. Melius me facturum putavi, si ad pinnatifidas referrem, quum rachis foliacea est et pinnae non ad eam usque sunt productae.

Folia (secundum *Allioni iconem*) suprema sunt simpliciter pinnatifida, inferiora pinnatifida: incisuris trifidis vel quinquefidis. Corollae radii quinque reperiuntur. Similis quemadmodum praecedenti; tamen foliorum figura, coloreque florum satis diversa est.

II. ACHILLEA macrophylla foliis pinnatifidis pinnis lanceolatis inciso-serratis; infimis distinctis.

Achillea macrophylla foliis pinnatis planis inciso serratis extimis maioribus coadunatis *Lin. syst. ed. R. 3. p. 868. Mill. dict. n. II. Allion pedem. vol. I. n. 659. Villars delph. vol. I. p. 285. 371.*

Achillea foliis pinnatis planis: inciso-serratis extimis confluentibus *Hall. belv. n. 115.*

Achillea



Achillea foliis bipinnatis: pinnis linearibus in-
divisis *Sauv. method.* 267.

Dracunculus alpinus, foliis scabiosae *Baub. hist.*
98. prod. 39.

Ptarmica alpina matricariae foliis *Triumph. obs.*
83. t. 23. *Bocc. mus.* 2. p. 150. t. 110. *Barr.*
var. 1119. tab. 991.

Corymbifera millefolii umbella folio alato et la-
ciniato *Ray. hist.* 345.

Millefolium tanacetifolius flore albo *Moris. hist.*
3. L. 6. p. 38. tab. 11.

Grossblaetteriche Garben *Lin. Pl. Syst. tom.*
9. p. 521.

β. *Achillea macrophylla* *Piller et Mitterpacher*
Iter. per. Posaganam pag. III. tab. 9.

Habitat in alpibus asperis umbrosis sylvaticis
Italiae Helvetiae, Sabaudiae, Delphinatus.

Varietas β. in *Sclavonia.* 24.

Caulis tripedalis, erectus, glaber, foliosus,
subteres striatus. Folia alterna, glabra, pinnatifida:
pinna terminalis saepissime trifida interdum indi-
visa est caeterum reliquis similis; pinnae superio-
res confluentes; inferiores distinctae ac nulla mem-
brana foliacea cum reliquis coniunctae. Singulae
pinnae sunt lanceolatae inaequaliter incisae, incisuris
ferratis: serraturis acuminatis. Flores terminales

Hibid.

B 3

co-



corymbosi. *Corymbus inaequalis ramosissimus*
diffusus multiflorus. Calyx ovatus flavescens:
squamis oblongis obtusis nervo elevato, margine
membranaceo. Corollae radii sex oblongae obsole-
te tridentatae.

N. *Achillea macrophylla* in itinere Pilleri et Mitterpacheri depicta a nostra diversa videtur, licet character convenient specificus. Descriptionem in itinere ipso nullam intuendi ergo dubius, varietibus annumerabo, donec certiora nota sunt. Dif- fert vero a nostra: Caule angulato. Foliis duplo latarioribus atque maioribus oblongis dentatis, nec inciso-serratis, obtusioribus. Porro corollis radii triplo minoribus simpliciter emarginatis. Calyce magis subrotundo, cymaque multo magis com- pressa et maiori florum copia oruata. Dicant alii an varietas an species sit?

12. ACHILLEA *magna* foliis pinnatifidis: laciniis
inaequaliter dentatis.

Achillea magna foliis bipinnatis subpilosis; la-
ciniis linearibus dentatis; auriculis decussatis
Lin., *Syst. ed. R.* 3. p. 870. *Allion pedemor*
vol. 1. v. 668. *tab.* 53. *fig.* 1. *Villars delph:*
vol. 1. p. 371. *pro* *aidiphei* *mut* *sec* *oi* *mut* *qd*
Millefolium maximum, *umbella alba* *Baub pin.*
140. prod. 72. *Moris hist.* 3. p. 38. f. 6. *tab.* II.

Habitar

Grosse Garben. *Lin. Pl. Syst.* tom. 9. p. 527.

Habitat in montosis sylvaticis Italiae. Delphini-
natus. 2.

Caulis tripedalis et ultra, teres sulcatus pilosus
erectus foliatus. Folia fasciculata fere, nam ad
folium unicum magnum tria minora inveniuntur
se invicem decussantia. Porro folia sunt venosa
pinnatifida pilosa; pinnis alternantibus lanceolatis
inaequaliter dentatis dentibus acutis, Cyma omnium
speciosissima multiflora ramosa, terminalis: flori-
bus albis. Calyx hemisphaericus glaber: squa-
mis oblongis obtusis. Corollae radii quinque ob-
solete tridentatae. Similis praecedenti, diversa vero:

- 1) foliis pinnatifidis nec pinnis basi distinctis.
- 2) foliis minoribus decussatis.
- 3) cyma maiori, et
- 4) quod tota hirsuta sit.

* * * * *Foliis pinnatis.*

13. ACHILLEA aegyptiacæ foliis pinnatis tomen-
tosis: pinnis subrotundis dentatis.

Achillea aegyptiacæ foliis pinnatis: foliolis obtu-
se lanceolatis serratodentatis *Lin. Syst.* ed. R.
3. p. 868. *Hort. cliff.* 413. *Roy. tagd.* 175.
Mill. dict. n. 9. *Gmel. it.* 2. p. 178.

Ptarmitica incana pinnulis cristatis *Tournef. cor.*

37. *it.* 1. *pag.* 228. *tab.* 87.

Absinthium santonum aegyptiacum Baub. pin.

136.

Absinthium aegyptiacum Dod. pempt. 25.

Aegyptische Garben. Lin. Pflanz. Syst. 9. p. 520.

Habitat in Aegypto, Syria, Armenia, et circa,

Astracan. 24.

Caules suffruticosi pedales et semipedales, in loco natali in terdum spithamei, teretes incano-tomentosi levissime striati foliosi. Folia ad radicem pinnata albo-tomentosa pinnis subalternis oblongis obtusis inaequaliter dentatis, dentibus obtusis. Folia caulinata summa, pinnatifida, aetate vero in pinnata mutantur. Flores cymoso-capitati terminali flavi. Cyma ramosissima multiflora coarctata in capitulum. Calyx hemisphaericus valde tomentosus, albus; squamis acutis oblongis. Corollae radii quinque obsolete tridentatae. Planta spontanea ab hortensi foliis multo magis tomentosis diversa est.

14. *ACHILLEA Santolina* foliis pinnatis fasciculatis glabris: pinnis obtusis tridentatis.

Achillea santolina foliis setaceis dentatis: denticulis subintegratis subulatis reflexis. *Hort. cliff. 412. Lin. Syst. ed. R. 3. p. 866. Mill. dict. m. 2.*

Achil.

Achillea lutea tomentosa santolinae folio. *Vaill.*

aet. 1720.

Ptarmica orientalis *santolinae folio,* *flore mino-*
re, *Tournef. cor. 37.*

Ageratum 5. *Boerhaav. lugdb. I. p. 125.*

Levantische Garben, *Lin. Pflanz. syst. 9. p. 517.*

Habent in Oriente. 24.

Caulis pedalis et ultra erectus foliosus ramo-
sus, teres vix conspicue striatus albo-tomentosus;
ramis brevissimis, adpressis, virgatis. Folia fasci-
culata, iuniora albo-tomentosa, seniora glabra, pin-
nata, pinnis brevissimis trifidis, laciniis imbricatis
obtusiusculis. Rami caulis superiores et apex flo-
riferi corymbosi. Corymbi ramosi pauciflori inae-
quales in unum corymbum terminalem convenien-
tes. Calyx hemisphaericus albo-tomentosus;
squamis lanceolatis concavis rigidis obtusiusculis.
Corollae radii sex ad septem oblongae obsolete tri-
dentatae, luteae.

15. *ACHILLEA falcata* foliis pinnatis alternis to-
mentosis: pinnis falcatis argute serratis.

Achillea falcata foliis linearibus dentatis obtusis
planis: denticulis crenatis. *Lin. syst. ed. R. 3.*
p. 867. Hort. cliff. 412. Roy. lugdb. 176.
Retz observ. bot. 2. p. 25. n. 85. Forskabl
Fl. aegypt. arab. p. 55 et 75.

Achillea incana santolinae foliis plerumque falcatis asperis, flore sulphureo. *Vaill. a. 1720.*

Pternica orientalis santolinae folio, flore maiore
Tournef. cor. 37.

Sichelförmige Garben. *Lin. Pl. Syst. 9. p. 518.*

Habitat in Aegypto ac Oriente. *24.*

Caulis pedalis vel semipedalis suffruticosus, tomentosus, teres, erectus, ramo uno altero. Folia aibido-tomentosa pinnata alterna: pinnis falcatis dense imbricatis, (ut linearia videntur, praecipue in iunioribus, ubi ob tomentum nil de pinnis visibile), latere interiore argute serratis. Flores terminales cymosi flavi. Cyma subramosa pauciflora. Calyx hemisphaericus flavescens leviter pubescens; squamis oblongis obtusis apice fuscis nervo viridi. Corollae radii quinque obtusae emarginatae.

Valde similis praecedenti, luculenter tamen diversa, foliis tomentosis alternis, pinnis falcatis interne dentatis, nec trifidis, floribus maioribus.

16. *ACHILLEA cretica* foliis pinnatis tomentosis: pinnis quadrifidis imbricatis.

Achillea cretica foliis linearibus: pinnis subrotundis retrosum imbricatis, caule tomentoso
Lin. Syst. ed. R. 3. p. 872.

Millefolium



Millefolium incanum cretum Baub pin. 130.

P. 72.

Millefolium creticum J. Baub bist. 3. p. 139.

Abrotanum femina, incanum, albo Achilleae
flore, creticum Bocc. mus. Part. 2. tab. 34.

Prarmica cretica frutescens santolinae facie
Tournef. inst. 497.

Millefolium creticum, Stratiotes Millefolia cre-
tica Alpin. exot. pag. 39.

Millefolium incanum creticum foliis Stoechados
ferratis Moris. bist. v. 3. f. 6. p. 39. tab. II.

Cretische Garben. Lin. Pflanzsyst. 9. pag. 532.

Habitat in insula Candia. 24.

Caulis pedalis, adscendens, suffruticosus, to-
mentosus, teres, levissime striatus, superne ramo uno,
altero ve adpresso. Folia tomentosa, tomento te-
nui, alterne pinnata: pinnis quadrifidis acutis, ap-
proximatis, incisuris invicem incumbentibus, vel
imbricatis. Folia iuniora tomento densissimo albo
recta, pinnis arcte imbricatis, ut linearia fere vi-
deatur. Flores cymosi in extremis ramis, et in
apice, albi. Cymae romosae pauciflorae, unam
magnam divaricatam inaequalem constituentes.
Calyx hemisphaericus leviter pubescens, flavescens;
squamis oblongis, concavis, obtusis. Corolla r-
dii septem oblongae obtusae obsolete tridentatae.

17. *ACHILLEA moschata* foliis pinnatis glabris:
pinnis linear-i lanceolatis integrerrimis pun-
ctatis.

Achillea moschata foliis pinnatis, pinnulis sim-
plicibus, floribus umbellatis. *Murr. syst. veg.*
Lin. 778. Iacq. austr. v. 5. apend. tab. 33. Al.
lion. pedemont. v. 1. n. 652.

Achillea livia foliis linearibus, pinnatis, pun-
ctatis, floribus corymbosis, *Scop. Delic. fl. et*
faun. Insib. n. 3. tab. 3.

Achillea Gnipi. *Murr. app. 168.*

Achillea foliis pinnatis: pinnis simplicibus gla-
bris punctatis. *Hall. helv. n. 112.*

Tanacetum alpinum odoratum. *C. Baub*
Scheuchz iin. II. p. 142. iter. VI. pag. 462.

Dracunculus alpinus argenteus alatis foliis. *Mo-*
rif. hist. 3. f. 6. pag. III. tab. 10.

Iva moschata. *Gesn. epist. 66.*

Assenzo II. alpino umbellifero. *Pona Bald.*
Ital. p. 120.

Gnipi veri Herba Officin.

Habitat in Helvetiae, Carinthiae, Italiae alpi-
bus summis. 2.

Caulis digitalis glaber erectus simplex obsole-
te rugulatus, vix manifester striatus, ad basin ver-
sus interdum parum pubescens. Folia ad radicem
densim cespitem formant. Folia caulina alterna

gla-



glabriuscula, pinnata punctis minutissimis per lentem vitream visibilibus excavata: pinnis linearilanceolatis integerrimis obtusiusculis, interdum parum subhirsutis. Flores albi terminales corymbosi. Corymbus pauciflorus non ramosus, pedunculis pubescentibus simplicibus. Calyx hemisphaericus pallide viridis; squamis oblongis obtusis margine fusco sphacelatis. Corollae radii quinque oblongae obtusae tridentatae.

Simillima Achilleae atratae diversa vero caule humiliori, foliis simpliciter pinnatis nec bipinnatis, pinnulis obtusiusculis, et calycibus non tam nigris.

18. *ACHILLEA nana* foliis pinnatis villosis; pinnis linearibus integerrimis, foliorum inferiorum dentatis.

Achillea nana foliis pinnatis dentatis hirsutissimis, floribus glomerato-umbellatis *Lin. syst. ed. R. 3. p. 870. Mill. dict. n. 12. Allion ped. vol. I. n. 663. tab. 9. f. 3. Villars delph. vol. I. p. 266. 296. 382. Gerard gallop. p. 192. n. 4.*

Achillea foliis tomentosis, pinnatis, pinnis simplicibus et incisis *Hall. helv. n. 113.*

Achillea foliis pinnatis lanugine obductis, floribus albis umbellatis, *Hall. helv. 713. Allion spec. pedem 9. tab. 2. f. 3.*

Achillea lanata, La Marek Fl. Franc. tom. 3.

p. 640.

Millefolium alpinum, incanum flore specioso.

I. Bauch hifz. 3. p. 138. Tournef. inst. 496.

Millefolium alpinum tomentosum odoratum na-

num, Bocco mus. 2. p. 166. tab. 110.

Zwerg-Garben, Lin. Pflanz. Syst. 9. p. 526.

Habitat in summis alpibus, *Helvetiae*, *Sabau-*
diae, *Italiae*, *Delphinatus*. 24.

Planta pygmaea inter Achilleas minutissima,
caespitosa. Caulis bi-tri-vel quadriuncialis teres
albo-tomentosus, modo subnudus, modo foliosus,
praecipue in minoribus. Folia pilis longissimis al-
bis densissime tecta sunt. Folia radicalia seniora
sunt pinnata: pinnis linearis-lanceolatis tri vel qua-
drifidis, vel etiam leviter dentatis. Folia radicalia
iuniora pinnata: pinnis linearis-lanceolatis falcatis
integerrimis. Flores albi cymoso-capitali congo-
bati. Cyma multiflora in capitulum subrotundum
coarctata. Calyx hemisphaericus, albo-tomento-
sus; squamis oblongis lanceolatis margine sphace-
latis. Corollae radii quinque oblongae, obtusae
emarginatae, et tridentatae. Corollae disci lu-
teo-fuscescentes.

Figura Morisonii a Linneo cirata cum Achil-
lea pana convenit, valde mihi obscura videtur.

Ce-

Celeberrimi Allioni figura nimis magna est, tamen naturae fidelis.

19. ACHILLEA *pilosa* foliis pinnatis subtus pilosis: pinnis integris bifidisque.

Habitat - - 24. Communicatam habeo ab amicissimo D. Usseri.

Caulis sesquipedalis erectus simplex obtuse angulatus altius sulcatus pubescens. Folia alterna pinnata, costa subtus praecipue pilis longis obsita: pinnis lanceolatis acutis integerrimis, interdum bifidis. Folia iuniora pinnatifida sunt. Flores lutei corymbosi terminales. Corymbus inaequalis ramosissimus multiflorus divaricatus. Calyx lutescens hemisphaericus pubescens; squamis oblongis acutis, nervo elevato. Corollae radii septem oblongae obtusae tridentatae.

20. ACHILLEA *impatiens* foliis pinnatis; pinnis lanceolatis geminatis.

Achillea impatiens foliis pinnatis: pinnis distantibus linearis-lanceolatis: basi sursum auctis Lin. syst. ed. R. 3. p. 868. Roy. lugd. 176.

Achillea foliis pinnatis, pinnis longis, acutis inferioribus sursum dente auctis, glaberrimus Gmel. sib. II. pag. 179. tab. 83. fig. 1.

Empfind.

Empfindliche Garben. Lin. Pfl. Syst. 9. pag.

522.

Habitat in *Sibiria*. 2.

Caulis bi vel tripedalis obsolete angulatus, glaber, nitens, erectus, leviter striatus. Folia alterna pinnata glabra: pinnis linearis-lanceolatis, acuminatis, basi sursum folio minori ac obtusiori acutis. Flores albi terminales corymbosi, maxi-mi certo huius generis. Corymbus pauciflorus subramosus. Calyx hemisphaericus glaber; squamis lanceolatis. Corollae radii septem, octo ad decem ampliae tridentatae.

21. ACHILLEA *belvetica* foliis hirsutis, pinnatis, pinnis acute dentatis, latescentibus. Hall. belv. nro. Emend. IV. p. 22. n. 6.

Habitat in *Vallesia*. 2. Nunquam vidi, descrip-tionem ex opere *Perill. Halleri* desumpsi.

Credas te Pyrethrum 95. (*Chrysanthemum corymbosum* Lin.) videre, sed character differt. Radix perennis, lignosa, ramosa, caules educit multos, rectos, cubitales, non ramosos, nisi um-bellam velis. Folia pinnata, petiolo longo, pin-narum paribus decem et ultra. Primae pinnae parvae sunt, mediae maximaes, ultimae cum nervo folii confluunt. Porro eae vel palmatae sunt, cum dentibus quatuor aut quinque, vel semipinnatae

acute

acute dentatae, dentibus deorsum longioribus, ut ad id latus quasi lobulus fere tridentatus accedit. Umbella laxior caulem terminat; calycis squamis per oram fuscis. Semiflosculi albi, obtuse tridentati: discum squamae distinguunt longae, fuscae, obtusae. Semiflosculi quinquefidi.

Hall. l. c.

22. *ACHILLEA micrantha* foliis pinnatis pubescentibus: pinnis laciniatis; radio minimo.

Achillea foliis linearibus, pinnatifidis, pubescens petiolatis, foliolis incisis, calycibus oblongis. *Gmel. sib. 2. pag. 198. n. 164. tab. 83.*

fig. 2.

Habitat in *Sibiria*. 2.

Caulis ramosus fere pedalis teres striatus pubescens. Folia alterna pinnata pubescens: pinnis trifidis vel pinnatifidis vel laciniatis. Flores in caule et ramis terminales corymbosi lutei. Corymbus subramosus pauciflorus coarctatus. Calyx hemisphaericus; squamis lanceolatis. Corollae radii ad decem emarginatae minimae.

* * * * *Foliis bipinnatis et subbipinnatis.*

23. *ACHILLEA atrata* foliis subbipinnatis glabris pectinatis, caule piloso.

C

Achil-

Achillea atrata foliis pinnatis pectinatis integrifolius, pedunculis villosis *Lin.* *Syst.* ed.

3. p. 870. *Iacqu. vindb.* 157. *F. austr.* tab. 77.

Scop. carn. ed. 2. n. 1094. *Allion. pedem.* vol. I. n. 661. *Zorn icon.* 425.

Achillea foliis pinnatis. pinnulis acute trifidis laxe dispositis *Hall.* emend. 2. *Misc. taur.* p. 38. n. 86.

Achillea foliis glabris pinnatis, pinnis simplicibus et multifidis *Hall. helv.* n. III.

Chamaerulum alpinum saxatile perenne, flore albo singulari, calyce nigricante *Till. pisan.* tab. 19.

Matricaria alpina *chamomillae* foliis C. *Baub* pin. 134. *Scheuchz itin.* IV. p. 338.

Parthenium alpinum *Clus. hist.* I. p. 336. *pann.* 262.

Schwaerzliche Garben. *Lin. Pfl. Syst.* 6. p. 526.

Habitat in *Helvetiae*, *Italiae*, *Carnioliae*, *Austriae*, alpibus locis humidis iuxta rivulos. 24.

Caulis palmaris rarius ultra, interdum vix digitalis adscendens teres levissime striatus pubescens foliatus. Folia alterna plana glabra subpinnata, vel pinnata: pinnis pinnatifidis acutis, pinnulis integerimis lanceolatis. Flores corymbosi albi terminales. Corymbus vix ramosus pauciflorus in capitulum confertus. Calyx hemisphaericus flavescens;

flavescens; squamis oblongis glabris, pilis rari sparsis medio obscuris, margine atro sphaelato late se extendente. Corollae disci fuscae. Corollae radii quinque obovatae tridentatae.

24. *A CHILLE A pubescens* foliis subbipinnatis pubescentibus: pinnis pinnatifidis; laciinis inaequalibus.

Achillea pubescens foliis pinnatis: foliolis lanceolatis incisis serratis, subtus lanigeris Lin. Syst. ed. R. 3. p. 867. Hort. cliff. 413. Roy. lugdb. 175. Mill. dict. n. 4. Gmel. it. 2. p. 198.

Millesolium orientale, foliis tanaceti incanis radiis pallide luteis Boerb. lugdb. I. p. 112.

Millesolium orientale, foliis tanaceti incanis, semiflosculis florum pallide luteis Tournef. cor. 37.

Matricaria tomentosa et incana achilleaefolio flore aureo. Vail. act. 1722. p. 286.

Zarthaerige Garben Lin. Pl. Syst. 9. p. 519.

Habitat in Orient. 24.

Caulis sesquipedalis valde foliosus erectus glabriusculus, pilis rarissimis ac brevissimis hinc inde tectus, sulcatus angulatus. Folia alterna foliis minoribus germinantibus suffulta, subbipinnata, pinnis pinnatifidis; incisuris inaequalibus obtusiusculis, inferioribus maioribus dentatis. Ceterum folia pilis brevissimis, per lentem visibilibus obsita

sunt. Flores terminales cymosi pallide lutei, vel potius sulphurei. Cyma composita ramosa diffusa, pedunculis ac pedicellis valde pubescentibus, multiflora. Cymae minores floribus confertissimis. Calyx ovatus flavescens ac pubescens; squamis ovatis acutis, nervo crassissimo elevato. Corollae radii quinque obtusae tridentatae.

N. *Achilleam pilosam* sub titulo huius speciei supra indicato amico D'Usteri acceptam refero. Similis quidem nostrae speciei, tamen ut postea ostendam satis diversa. Descriptio Linnaei convenit quidem cum hac, sed folia inciso-ferrata non adsunt. Nostra species, quam sub nomine *A. pubescens* descripsi, folia subtus langeria non possidet, ex toto tamen pube levitecta est. Synonima a Linneo adducta omnia cum nostra specie congruent. Diversa est ab *Achillea pilosa*, foliis subbipinnatis pubescentibus, incisuris aequalibus, floribus minoribus atque sulphureis.

25. *ACHILLEA nobilis* foliis subbipinnatis pubescentibus; pinnis oblongis pinnatifidis, incisuris aequalibus.

Achillea nobilis foliis bipinnatis: inferioribus nudis planis, superioribus obtusis tomentosis, corymbis convexis confertissimis *Lin. syst. ed.*

R. 3.



R. 3. p. 871. Mill. dict. n. 13. Scholl barb. n. 706. Leers berborn 671. Leyffer balens. 877. Retz prod. 943. Nonne Erfurt. p. 119. Poll pal. 821. Doerr nass. p. 31. Gerard galloprov. p. 192. Murr prod. p. 72. Gmel tubingens. 265. Retz observ. fasc. I. p. 26. n. 87. Synop. stirp. Aragon. 856. Allion pedem vol. I. n. 667. Villars delph. v. I. p. 308. 371. Zorn icon. 279. Roth germ. I. p. 369.

Achillea foliis tomentosis duplicato - pinnatis, pinnis remotis, pinnulis semipinnatis, Hall. helv. 109. Cat rar. 930. Gmel. fib. 2. p. 198. n. 163.

Millefolium nobile Trag. bist. 476.

Tanacetum minus album, odore camphorae sive

Achillea Dioscoridis C. Bauh. pin. 132.

Millefolium nobile et stratiotes vera Tragi Mo. ris. bist. vol. 3. l. 6. pag. 38. tab. II.

Achillea millefolia odorata Job. Bauh 3. p. 140.

Edle Garben Lin. Pf. Syst. 9. p. 531.

Habitat in montosis apricis Germaniae, Helvetiae, Bohemiae, Delphinatus, Hispaniae, Italiae, Sibiriae. 24.

Caulis bipedalis angulatus striatus, tomentosus erectus valde foliosus subsimplex. Folia radicata bipinnata glabra petiolata. Folia caulinata sub-bipinnata pubescentia: pinnis alternis pinnatifidis

peclinatis: incisuris aequalibus lanceolatis acutiusculis integerrimus. Porro folia caulina sunt alterna foliis minoribus suffulta, ut fere fasciculata apparent. Flores terminales corymbosi albi. Corymbus valde ramosus; ramis diffusis, corymbis florum confertissimis inaequalibus multifloris. Calyx ovatus flavescens, pube tenui tectus: squamis oblongo-lanceolatis obtususculis, nervo elevato, apice fuscescente. Corollae radii quinque subrotundo-ovatae tridentatae.

N. Ab A. pubescenti forma foliorum longe aliena et corollis albis diversa, ab A. millefolio foliis subbipinnatis circumscriptione ovatis, (quae linearis-lanceolata in circumscriptione sunt); foliisque caulinis pubescentibus, radicibus glabris.

26. ACHILLEA tanacetifolia foliis subbipinnatis punctatis: pinnis pinnatifidis, laciniis integris incisisque.

Achillea tanacetifolia Allion. p. 666.
Achillea foliis pinnatis: pinnis semipinnatis, incisis et integris Hall. belv. 108.

Ptarmica alpina tanacetifoliis flore purpureo Tourn. inst. 479.

Millefolium purpureum maius C. Baub. prod. p. 76. Moris. hist. 3. f. 6. pag. 39. tab. II?

Habitat



Habitat in alpium convallibus ac pratis *Helvetiae*, atque *Italiae*. 4.

Caulis cubitalis erectus. Foliorum alia proportiones. Breviora sunt et latiora, nervo lato, pinnarum paribus paucioribus, vix supra sedecim. Sed quaeque pinnis multo latior est, semipinnata, lobulis saepe simplicibus, tamen etiam breviter incisis, dentibus binis ternisve. Puncta habent. Umbella floralis et reliqua similia. Calycis glabri ora fusca. Hall. l. c.

N. Hanc haud mihi videre contingit plantam.
Celeb. Hallerus dubitat an Millefolii varietas, an species distincta sit? An huc Achilleae Millefolii varietas: Gmel. sib. 2. p. 199. tab. 83. f. 3. pertineat, non determinare audeo? Quod ad iconem spectat diversa videtur.

27. *ACHILLEA Millefolium* foliis bipinnatis glabris; pinnarum laciniis linearibus dentatis.

Achillea Millefolium foliis pinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis, caulinis superne sulcatis Lin. syst. ed. R. 3. p. 871. Hort. cliff. 413. Fl. suec. 705 770. Mat. med. n. 540. Murr. app. I. p. 165. Roy. lugd. 175. Gron. virg. 101. Dalibard. parif. 263. Rey. ged. 2. p. 134. Scop. carn. 2. n. 1095. Neck. gallob.

361. *Pollich.* pal. 820. *Mathys.* filef. n. 639.
Doerr. nass. 31. *Ludw* et typ. 67. *Zorn icon.*
tab. 29. *Knipk* cent. 7. n. 1. *Fl.* dan. *tab.*
 737. *Happ.* officin. *tab.* 28. *Scholler* barb.
 705. *Leysser halens.* 875. *Leers herborn* 670.
Relban. contab. 630. *Huds.* angl. 374. *Ray.*
synop. 183. *Gunn.* norw. 71. *Ligchtf.* scot.
 1. p. 496. *Synop.* stirp. *Aragon.* 855. *Villars*
delpb. vol. 1. p. 249. *Allion pedemont.* vol. 1.
 n. 665. *Retz prod.* 942. *Boehm.* lips. 240.
Nonne erfurt. p. 119. *Koelp grypb.* 464.
Murr. prod. 72. *Wiggers primit.* p. 62.
Blackw. *tab.* 13. *Hill.* II. *tab.* 65. *Fl.* *Berol.*
Prod. 843. *Schoepf mad.* med. amer 268.
Rotb germ. 1. pag. 369.

Achillea foliis pinnatis, pinnis longe aequalibus
 pinnatis, pinnulis trifidis et quinquefidis
Hall. helv. 107. *Gmel.* sib. 2. p. 198. n. 165.

Achillea foliis pinnato-pinnatis *Fl.* lapp. 311.

Millefolium vulgare album *Baub.* pin. 140. *Mo-*
ris. hist. 3. f. 6, pag. 38. *tab.* II.

Millefolium terrestre minus *Dioscoridis Tabern.*
 p. 130.

Millefolium stratiotes pinnatum I. *Baub.* 3.
 p. 136.

Mono-

Monographiae huius speciei. Lange Diff. Altorf.

1714. *Hennimer Diff. Argent.* 1718. *Frid.*

Hoffmann Diff. Halae 1719.

Schaafgarbe Lin. Pf. Syst. 9. p. 528.

β. *Millefolium purpureum minus C. Bauh prod. 72.*

Habitat in campis, agris, pascuis, pratis et arvis plaga septentrionalis orbis. e. g. per totam Europam, in Sibiria, Tataria, Kamtschatca. Nova Anglia, Canada, Virgina etc. 24.

Caulis pedalis sesquipedalis bipedalisque parum pubescens erectus simplex, ramusculis interdum brevissimis sterilibus, subteres striatus, ad radicem striae valde obscurae sunt, summitate vero sulcae altae apparent. Folia alterna minoribus suffulta, bipinnata glabra: pinnis brevibus subpinnatis, pinnulis inaequalibus dentatis acutis. Flores corymbosi albi terminales. Corymbus ramosus multiflorus inaequalis. Calyx hemisphaericus viridi - flavescentis glaber: squamis oblongo - lanceolatis obtusiusculis, nervo flavo elevato, margine flavescenti diaphano membranaceo. Corollae radii quinque ad sex oblongae obtusae leviter tridentatae.

N. Variat valde caulis magnitudine et florum colore, Flores saepe carnei et siccisim purpureum



in colorem transeuntes reperiuntur. Hoc a solo
praecipue oriri mihi videtur. Solum limosum ar-
gillaceum flores nonnullos candidos colore purpu-
reo vel purpurecente induit, quod et in aliis ob-
servavi plantis. e. g. in *Convolvulo arvensi* etc.

28. *ACHILLEA odorata* foliis bipinnatis pilosis :
pinnulis lanceolatis integerimis mucronatis.

Achillea odorata foliis bipinnatis ovatis nudius-
culis, corymbis fastigiatis confertis *Lin. syst.*
ed. R. 3. p. 872. *Pall. it. I.* p. 379. *Leysser*
halens. 878. *Villars delph.* v. I. p. 371. *Roth*
germ. I. p. 369.

Achillea foliis pinnatis, pinnis longe aequalibus
pinnatis, pinnulis trifidis et quinquefidis 3
Hall helv. 107. *Sauv. monsp.* 267.

Millefolium minimum crispum flore albo hispa-
nicum. *Barr. rar.* 116. *tab.* 992.

Millefolium odoratum minus monspeliensium

Scheuchzer iter. VII. p. 515. *Magnol. monsp.*

177. *Wohlriechende Garben* *Lin. Pf. syst. tom. 9.*

p. 531.

3. *Achillea odorata* foliis bipinnatis, hirsutis, pin-
nulis integerimus linearibus acuminatis;

calycibus pubescentibus; corymbis fastigiatis

Iacq. collect. vol. I. pag. 259. *tab.* 21.

Habi-

Habitat in rupibus apertis *Germaniae*, *Gal-*
liae, *Helvetiae*, *Italiae*. Varietas β in alpi-

bus summis *Carinthiacis*. 2.

Caulis digitalis, rarissime palmatis; simplex
 obsoleto angulatus levissime striatus, tomento tenui-
 tectus. Folia bipinnata circumscriptione linear-
 lanceolata pilis albicantibus longis obsita: pinnis
 pinnatis: pinnulis lanceolatis integerrimis imbrica-
 tis, mucrone albo terminatis. Flores corymboso-
 albi terminales. Corymbus ramosus multiflorus
 inaequalis, floribus approximatis. Calyx hemis-
 phaericus flavo-virescens, squamis oblongo-lan-
 ceolatis obtusiusculis, nervo elevato pallido, mar-
 gine membranaceo diaphano albicante. Corollae
 radii quinque oblongae obtusae vix manifeste tri-
 dentatae.

Varietas β . alpina. Caulis triplicaris ob-
 soleto angulatus levissime striatus simplex et ere-
 ctus, pilis raris sparsis obsitus. Folia alterna cir-
 cumscriptione oblongo-obtusa patentia bipinnata;
 pinnis pinnatis: pinnulis linearis lanceolatis, seta
 terminatis. Flores albi terminales cymosi, e ramis
 superioribus orti. Cyma pauciflora subramosa
 floribus confertis. Calyx hemisphaericus flaves-
 cens. Corollae obtusae tridentatae.

N. Loca



N. Loco natali alpino tam diversa forma orta est, differt a nostra foliis circumscriptione oblongis patentibus, et quod non pilis albis tantopere recta sit.

Simillima *Achilleae Millefolio* diversa vere:

- 1) statura multo minori,
- 2) pinnulis intergerrimis mucronatis,
- 3) tomento.

Perill. Hallerus varietatem *Millefolii* esse autumar, et *Celeb.* Guanius *A. nobilis* esse varietatem censet. Si non species esset, magis pro varietate *A. Millefolii* quam *A. nobilis* ego declararem, sed, ut mihi videtur, sat diversa binis notis iam supra indicatis est.

29. *Achillea tomentosa* foliis sub bipinnatis tomentosis: pinnulis dense imbricatis intergerrimis acutis.

Achillea tomentosa foliis pinnatis hirsutis: pinnae linearibus dentatis, Lin. syst. ed. R. 3. p. 567. Mill. dict. n. 3. Gmel. it. I. p. 137. tab. 25. f. 2. Kniph. cent. 5. n. 3. Allion pedem. vol. I. n. 664. Synop. stirp. Aragon. 854. Gerard galloprov. p. 192. n. 2. Retz observ. bot. fasc. 2. p. 23. n. 86. Villars delph. vol. I. p. 264.

Achillea foliis linearibus pinnatifidis pubescentibus, foliolis tripartitis transversalibus: media

dia productiore. *Hort. cliff.* 413. *Hort. ups.*
265, *Roy. lugdb.* 175.

Achillea foliis hirsutis pinnatis, pinnis aequalibus, pinnatis, pinnulis integris et trifidis, floribus luteis umbellatis *Hall. helv.* n. 106.

Millefolium tamentosum luteum *C. Baub* pin.
140. *I. Baub.* *bifl.* 3. *P.* 1. *p.* 138.

Stratiotes millefolia flavo flore *Cluf.* *bifl.* 1.
P. 330. *Cluf. hispan.* *p.* 371.

Filzige Garben *Lin. Pfl. syst.* *tom.* 9. *pag.* 915.

β. foliis glabris, caule hirto, flore maiore.

Habitat in campestribus siccis sterilibus *Galliae,*
Helvetiae, Hispaniae, Italiae, Tatariae. 2.

Caulis semipedales et pedalis teres, striatus, erectus, simplex, albo - tomentosus. Folia bipinnata tomentosa alterna circum caulem posita: pinnis pinnatifidis brevissimis: laciniis dense imbricatis linearibus acutis integerrimis. Flores cymoso-capitali flavi, terminales. Cyma multiflora ramosa, floribus confertissimis. Calyx hemisphaericus tomentosus flavescens: squamis oblongis acutis, nervo elevato, margine obscuriori. Corollae radii circiter quinque obsolete tridentatae. Folia radicalia caulinis simillima densam caspitem formantia.

Varietas β. Caulis' pedalis erectus simplex, obsolete angulatus, striatus pilosus. Folia bipinnat

nata glabriuscula: pinnis pinnatisidis: lacinij linearilanceolatis acutis imbricatis integrerrimis. Flores cymosi, conferti, lutei, terminales. Calyx pubescens hemisphaericus flavescens: squamis, nervo elevato, oblongis acutis, margine obscuriori. Corollae radii sex oblongae tridentatae obtusae.

Differ modo magnitudine florum, et foliis cum caule tomento destitutis.

N. Millefolium terreste flore luteo Moris. bist.
3. f. 6. p. 38. tab. II. quod synonima ab eo citata
attinet hoc pertinet, figura vero, me iudice, ad
Ach. atratam spectare videtur.

Achillea abrotanifolia foliis bipinnatis
pubescentibus: pinnulis tenuissimis linearibus
integrerrimis.

Achillea abrotanifolia foliis pinnatis supradecompositis: lacinij linearibus distantibus
Lin. Syst. ed. A. 3. pag. 867. Roy. lugdb.
175. Mill. dict. n. 5.

Millefolium orientale albissimum luteum abrotanifolio, Tounef. cor. 37.

Stabwurzblätteriche Garben, Lin. Pfl. Syst. 9.

p. 520.

Habitat in Oriente. 2.

Caulis

Caulis pedalis sesquipedalis et ultra foliatus erectus angulatus sulcatus pilis flavescentibus brevibus sparsis tectus. Folia radicalia bipinnata pilosa, rachi flavo recta tomento: pinnis pinnatis: pinnulis lineari-setaceis integerrimis, interdum indivisis, interdum bi vel triditis. Folia caulinis bipinnata levissime pilosa: pinnis trifidis; lacinias linearis-setaceis indivisis integerrimis. Folia juniora radicalia et praecipue germinantia tomento denso luteo testa sunt. Flores corymbosi lutei terminales. Corymbus ramosissimus multiflorus, ramis diffusis, floribus in ramusculis congestis. Calyx hemisphaericus flavescentis pilosus: squamis ovato-lanceolatis acutis, nervo elevato. Corollae radii quinque ad sex obtusae tridentatae.

§. II.

Hæstenus de Achilleae speciebus cognitis, nunc mihi adhuc supereft Tanaceti species quae huic generi affines sunt, rite distinguere, characteribusque certis indicare. Tunc denique ad usus in re medica de Achillearum speciebus factos progrediar.

§. 12.

De nomine Tanaceti nil dicam, quum origo valde incerta sit. Iam ab antiquis Botanicis nomen



men hoc indicatur, sed omnes tacent ortumque ignorare videntur. Achillea cum Tanaceto in multis notis convenit, illiusque differentiam, indicato charactere naturali ac essentiali, enuncieabo.

§. 13.

CHARACTER NATURALIS TANACETI.

CALYX *communis* hemisphaericus, imbricatus: squamis acutis planis adpressis.

COROLLA *composita* sub uniformis convexa: *Corollae disci* hermaphroditae numerosae tubulosae infundibuliformes: limbo quinquefido reflexo. *Corollae radii* feminineae (in quibusdam nullus radius) magnitudine florum disci, linearis-ligulatae trifidae paucae.

STAMINA *Filamenta* quinque capillaria brevissima. *Antherae* in cylindrum connatae.

PISTILLVM hermaphroditi floris:

Germen minutum oblongum *Stylus* filiformis longitudine staminum *Stigma* bifidum, laciinis reflexis. Floris femininei nullo modo diversum est.

PERICARPIVM nullum.

SEMINA



SEMINA solitaria oblonga margine membranaceo *Pappus* nullus.

RECEPTACULUM convexum nudum.

§. 14.

CHARACTER ESSENTIALIS.

Receptaculum nudum Calyx imbricatus hemisphaericus Corollae radii linearis ligulatae trifidae Pappus nullus.

Corollae radii feminae saepius in nonnullis speciebus dificiunt. *Pappus* verus nunquam reperitur.

§. 15.

TANACETI DIFFERENTIA AB ACHILLEA.

Receptaculum certissimum est. In Tanacetis magis planum observatur, porro nudum, paleis obtutum in Achillea. Alteram differentiam nobis radius praebet. Radius invenitur in Tanaceto e Corolis linearis ligulatis, forma fere ad flores disci accendentibus; in Achillea e Corolis oblongis obtusis multo maioribus floribus disci, compositus. Porro in Tanaceto flores radii pauci et absque ordine dispositi sunt. His superstructis, patet *Achilleam bipinnatam* ad *Tanaceti* species pertinere.

D

§. 16.



SPECIES TANACETI NOTAE.

Foliorum forma inter se Tanaceta differunt. Existunt hoc in genere folia integra, pinnatifida, pinnata, ac bipinnata. Folia integra sunt in *Tanaceto Balsamita*, pinnatifida in *cotuloidē*, pinnata in *sibirico*, bipinnata in *suffruticoso*, *incano*, *annuo*, *monanthe*, et *vulgarī*.

SUPPLEMENTVM SPECIERVM
NOVARVM.

I. TANACETVM *myriophyllum* foliis bipinnatis tomentosis, pinnulis caulinorum dentatis, radicalium integerrimis.

Achillea bipinnata foliis bipinnatis tomentosis: foliolis ovatis integris. Lin. Syſt. ed. R. 3. p. 868. Hort. cliff. 413. Roy. lugdb. 176.

Ptarmica orientalis incana, foliis pinnatis, semi-flosculis florum vix conspicuis *Tournef.* cor. 38.

Doppelgesiderte Garben Lin. Pfl. Syſt. 9. p. 520.

Habitat in Oriente. 24.

Caulis sesquipedalis et ultra, foliatus, glaber, angulatus, sulcatus, parumque flexuosus.

Folia

Folia radicalia albo-tomentosa, bipinnata: pinnis alternis cum impari pinnatis: pinnulis alternis, distinctis, aequalibus, oblongis, obtusis, integerimis, sessilibus. Folia caulinata saepius alterna, interdum tamen opposita, magis glabra, pilis raris brevibus obsita, bipinnata: pinnis alternis pinnatis cum impari: pinnulis distinctis alternis linearibus obtusis sessilibus, basi dente unico, vel binis oppositis oblongis; acutis, donatis. Folia radicalia germinantia, tomento densi recta sunt, ut simpli-citer pinnata appareant. In summo caule folia simpliciter pinnata et glabra sunt. Flores flavi corymbo-si terminales. Corymbus multiflorus ramosus, ramificationi sua singulari ab omnibus diversa, pedunculis subumbellatis in ramis longis inaequalibus, floribus approximatis. Calyx hemisphaericus flavescens glaber: squamis oblongo-lanceolatis acutis concavis arête imbricatis, nervo elevato. Corollas nullas radii in sicco meo specimine obser-vare potui. Receptaculum constanter nudum.

2. TANACETUM argenteum foliis pinnatis tomentosis: pianis lanceolatis floribus cymosis.

Pternica orientalis, foliis argenteis coniugatis

Tournef. cor. 38.

Habitat in Armenia. 2.

D 2

Cau-



Caulis pedalis, adscendens, simplex obsoletè angulatus, levissime striatus, albo-vilosus, foliatus. Folia alterna pilis albidis sericis longis tecta; pinnata: pinnis longis linearì-lanceolatis acutis, saepius integerrimis, interdum uno dente notatis. Folia radicalia caulinis simillima sunt, modo discrepant, quod pinnae apice tridentatae sunt. Flores lutei terminales cymosi. Cyma ramosa pauciflora coarctata. Calyx hemisphaericus flavescens: squamis ovatis acutis, nervo elevato, margine fusco membranaceo; squamae interiores albo-membranaceae diaphanae, ceteris maiores. Corollæ radiantes, squamis interioribus minores, flavae, paucæ, linearì-oblongae tridenticulatae. Receptaculum nudum.

3. TANACETUM angulatum foliis pinnatifidis: pinnis inciso-dentatis calyce angulato.

Ptarmica orientalis, Tanaceti folio et facie flore minimo *Tournef. cor. 38.*

Habitat in Oriente. 2.

Caulis bipedalis subteres erectus, foliatus, simplex, levissime striatus pilis rarís tectus. Folia alterna glabra venosa, inferiora triplicaria, superiora minora, petiolata, pinnatifida: pinnis oblongo-lanceolatis acutis una alterave incisura notatis, margine acute serrulatis. Flores cymosi flavi terminales.



nales. *Cyma ramosissima multiflora diffusa*, floribus in ramulis approximatis. Calyx oblongus angulatus flavo-virescens: squamis linearis-lanceolatis obtusis, interioribus albo-membranaceis. Corollae radii paucissimae duae tres vel quatuor cor datae dentatae vix squamis maiores. Receptaculum elevatum paleis paucissimis donatum.

Paleae duae vel tres in receptaculo elevato vidi. Corollae radiantes cum Tanaceto, habitu conve niunt, sed receptaculum diversum.

§. 18.

DE ACHILLEARVM VSV MEDICO.

Inter Achilleas maxima pars vi pollet medica. Totum genus aromaticum amarum paululumque adstringens est, unica modo species *Ptarmica* dicta quadam acredine gaudet; omnes tamen amarae sunt. Licet nunc harum specierum copia selectionem maiorem permittrat, tamen efficacissimas haud medici elegerunt. Inter officinales species *Millefolium* omnibus præeripit palmam, licet tamen ab *Achillea* nobili et nonnullis aliis superetur. Quid de harum vi sentiendum sit, et quid auctores de his dicant, pagellis sequentibus indicabo.

D 3

§. 19.



Priusquam vero de vi ac usu speciatim loquor de Achillea in genere pauca adhuc dicenda supersunt. Folia omnium fere Achillearum specierum, ut plura alia vegetabilia, vulneribus recenter infectis externe adhibita, vim magnam possident ea sanandi. Ex his verisimilior mea de ἡ αχιλλεως videtur sententia, quam plantam nostrum Millefolium, duce Plinio esse autumavi, et quod his confirmatur; quum et αχιλλεως Graecorum vulnera sanarit. Contra quidem adducendum forer, plantas omnes amaras, aromaticas, adstringentesque vulnerarias esse. Non vero αχιλλεως Graecorum aliud esse vegetabile, confirmat Plinii descriptio, tandemque nunc et vis vulnera sanandi communis.

Achillea Millefolium (vide n. 27.) distellationi subiecta, praebet aquam amaro atque aramatico sapore, cui supernat oleum colore coeruleo odore peculiari haud ingrato. Oleum non semper coeruleum est. Halae Magdeburgicae ob solum pingue quo crescit herba coeruleum praebet oleum; Berolini vero, flavo - viridem possidet colorem, quod solo arenoso adscribendum iudico. Putant quidem nonnulli colorem hunc criri coeruleum

a ve-



a vesica cuprea qua ad distillationem utimur, neque tamen cuprum detegendum est, neque verisimile videtur, cuprum non ubique dissolvi ab oleo. Hanc miscelam coloris modo a Phlogisto pendere in aprico est, et herba solo crescens pingui maiorem Phlogisti copiam attrahere potest, quam planta sterilloribus proveniens locis. Iam *Cartheuserus* observavit Millefolium solo arenoso crescens dare oleum flavi coloris. Extractum herbae amarum atque aromaticum saporem possidet. *Neumannus* ex uncia herbae sesqui drachmas Extracti aquosi obtinuit.

In officinis pharmaceuticis adhuc herba cum floribus, Extractum aquosum, *Essentia*, et Aqua destillata inveniuntur. Syrupus a Millefolio praeparatus, ut et Radix sicca olim in usu erant, nunc vero plane oblivioni cum aliis antiquitus usurpati medicamentis tradita sunt.

Radix contra Odontalgiam, denti carie consumto imposita, ab *Hoffmannio* laudatur, in quem vocatur et usum gossypium oleo Millefolii imbutum.

Herbam recentem ad vulnera tam recentia, quam antiqua, ad ulcera et tumores laudat *Celebris* iam nominatus *Hoffmann*, qui in Dissertatione sub eius praesidio defensa magni hac de planta fecit.



cit. In Haemorrhagiis uteri, nephritide, gastritide, Diaphragmitide, fluxu menstruo suppresso, et aliis morbis magno cum fructu adhibita fuit. Praecipue vero in Haemorrhoidibus verum videtur specificum sub theae forma data. Millefolium porro antispasmodicum est. Febrem tertianam curat. In Rheumatismo Norwegi notante Gunnervo hoc utuntur. Denique fluorem album, gonorrhoeam benignam, cardialgiam, epilepsiam, stranguriam, calculumque sanasse perhibetur.

Sal Millefolii quod et Auctores praecedentis laudarunt seculi, nullius mihi videtur momenti. Sallia vegetabilia combustione praeparata sibi semper similia, et Tatario Vitriolato Alcalique fixo mista sunt.

Essentia Millefolii si Spiritu vini rectificatissimo praeparata, quum planta resinae haud magna gaudet copia, plane rejicienda videtur. Sic Aqua distillata, multis efficacioribus antecellat, ut optimum foret, si non amplius vocetur in usum. Ad scabiem pecudum sanandam herbam utilissimam esse docet Kalm.

§. 21.

Achilleae Ptarmicae (vid. n. 3.) Herba floresque Medicis tantum in usu sunt. Haec in pul-
verem

verem tenuissimum redacta sternutationem excitant, et in mucosae faucium obstructioni a Boerhaavia laudantur. Herba et Radix masticatae salivam movent, inque Odontalgia praestantes esse videntur. Sapore gaudet tota planta acri, aromatico. In Dispensatorio Brandenburgico memini me legere radicem hanc sub nomine *Radicis Pyrethri* officinis in pharmaceuticis venire. Haec sententia a descriptione Linnei ortum suum sine dubio traxit, dixit nimirum ille radicem Pyrethri esse crassam. In Dispensatorio alligato crassa napiformis describitur. Quum vero occasione quadam acceptas veras Pyrethri radices possideam, haud inamoenum fore puto binarum harum radicum differentias indicare.

Radix Pyrethri est simplex perpendicularis crassitie mediocri, semipedalis, fibris minimis sparsis obsita.

Radix Ptarmicae est ramoso-fibrosa, fibris ramulisque circiter tri vel quadriuncialibus tenuissimis filiformibus. Ceterum stolones observantur in Ptarmica, quibus Pyrethrum destitutum est.

Ex his patet nullo modo harum radicum confusio metuenda, quae si sub pulveris forma venient possibilis esset, quum sapore convenient.

§. 22.

Achillea Ageratum (vid. n. 1.) planta sa-
pore acri, amaro et aromatico, odore Tanaceto
simili. Hac, licet bonj sit indolis passidensque vi-
res medicas haud sfernendas, non amplius uti-
mur. In morbis ex debilitate nervorum ortis,
magna foret utilitate. Menses pellat. Oleum in-
fusione herbae praeparatum et abdomine illini-
tum vermes necare infantum testatur *Chome-
lius*. Obstructiones viscerum, praecipue hepatis
tollere dicunt alii. Herba ceterum habetur
verum *Mesues Eupatorium*.

§. 23.

Achillea moschata (vid. n. 17.) alpicolis hel-
veticis sub titulo *Gnipi* notissima est. In diarrhoea,
ventriculi debilitate ob amarum atque aromaticum
saporem vocatur in usum. Epilepsiam infantum
tollit. Sudorem provocat sumpta sub theae forma.

§. 24.

Achillea berbarota (vid. n. 2.) planta est ner-
vina atque carminativa, Alpicolis italicis *Herba-
rota* omnibus fere morbis inservit. Ad menses
pellendos, sudorem provocandum, vermes ne-
candos, fatus expellendos, febresque intermitte-
tes curandas laudat *Allionius*.

§. 25.

§. 25.

Achillea ligustica (vid. n. 10.) odorem fragrantissimum majoranae instar possidet, saporemque habet acrem atque amarum. Herba resolvit magna cum efficacia, stimulat excitatque nervos debilitatos.

§. 26.

Reliquae sane species quantum de harum vi notum est, haud sfernendae nobis videntur. Loco Achilleae Millefolii, Achillea odorata, nobili, tanacetifolia, magna, uti possemus. Praecipue vero Achillea nobilis omnes exsuperat nominatos species. Pro Achillea Ptarmica, facile Achillea macrophylla, atrata, alpina et nonnullae aliae, absque indigentis detramento adhibendae sunt. Achilleae moschatae in omnibus Achillea nana similis.

Si omnium plantarum vis quae morbos toleret nota esset, certo res medica feliciori cum successu progedere potuisset, quum vero hoc piis tantum votis adnumerandum sit, trito tamdiu utimur effato: *Quantum est quod nescimus.*

EXPLICATIO TABVLARVM.

Tab. I. fig. 1. Achillea *capitata*.

— — — 2. — coronopifolia.

Tab. II. fig. 3. Tanacetum *angulatum*.

— — — 4. — argenteum.

— — — a folium radicale.

b. I.




Fig. 2.


Tab. II.



Tab. I








KOTP

P.CA





5

DISSERTATIO IN AVGVRALIS
BOTANICO-MEDICA.
DE
ACHILLEIS
CVM SVPPLEMENTO GENERIS
TANACETI

GRAT

A

VIR

D. PH

MED
INSTI
TE

SVMM

R

D. X

CAROL

SOC

T

x-rite colorchecker CLASSIC

